

R. 3. 175 ll.



18 7/8

כנה.
De
DESCENSU CHRIS-
TI AD INFEROS

DISSERTATIO THEOLOGICA,
contra Hugonem Grotium,

Quam,

Sub auspicio DEI ter. opt. Max.

PRÆSIDE

Admodum Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo Viro,

DN. JOHANNE HULSEMANNO, SS.

Theol. Doctore & Professore publico, Consistorii Ele-
ctoralis Assessore, Canonico Cizensi, & ad D. Nicolai Pasto-
re meritissimo, Dn. Hospite ac Fautore meo hono-
ratissimo

Publico Examini Humilimè submitto

M. CHRISTIANUS ARNOLDI,

Mechelburg.

In majori Principum Collegio

a. d. XXIX. Decembr. horis consuetis.

LIPSIAE

Typis HENNINGI COLERI,
Anno cl^o l^oc XLVIII.



DEUTSCHER
STADT

CHRISTIAN



DE DESCENSU CHRISTI

ad Inferos

Dissertatio Theologica.



UM in confesso sit, unam esse veram religionem, Christianam puta, quæ fide in Christum Θεάνθρωπον nititur, pluribus id persequi nolumus. Præterquam enim, quod viri maximi antehac eâ de re scripta edidere, in omnium adhuc manibus est liber eruditissimus *Philippi Mornai* de verit. relig. Christianæ. Faceffant proinde Judæi occæcati, Muhammedani feroces, & Pagani miseri cum suis Phantasmatibus ac figmentis. Nos quotquot unquam jam inde à mundi primordiis salvati fuerunt, Fide in Christum salvatos esse, certò persuasi sumus. Persuasi autem apertissimis Scripturæ verbis, dicentis, *μία ἐστὶν πίστις* Eph. IV, 5, Act. IV, 12. *Una fides est, inquit Augustinus* I. XVIII, de Civit. Dei c. XLVII. *quæ omnes per Christum ducit in civitatem Dei, καὶ γὰρ διὰ τῆς χάριτος Ἰησοῦ Χριστοῦ πιστεύουμεν σωθῆναι καὶ ὄντες ἡμεῖς καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν* Act. XV, 10. II. Quod ipse etiam Jesus Hebræos docere voluit Joh. VIII, 56. exemplo Abrahæ eâ fide salvati Gen. XVII, 17. & omnium ferè Prophetarum Luc. X, 24. Falluntur enim, qui rentur, primos Parentes ante legis promulgationem Naturæ ductu ad hanc salvificam fidem devenisse, Judæos autem beneficio legis in monte Sinai ipsis traditæ. E fide jam tum proficiscebantur illa Evæ verba: Gen. I, V, L. *יְהוָה אֱלֹהֵינוּ* i. e. Messiam Gen. III, 15. promissum. Abraham credidit Deo *καὶ ἐλπίζοντες ἐπὶ ἐλπίδι* *חַסְדֵּי* fiducialiter Rom, IV, 18. Nec lege viveret Justus, sed fide, uti Apostolus clarè demonstrat Gal. III, 11, & alibi sapius, aded, ut Scriptura integrum Catalogum Patriarcharum recenset, Hebr. XI, qui, quod diximus, fide gratiam Dei sunt consecuti. Pari modo rejicimus, si quis saniores Ethnicos cum *Puccio, Erasmo, Vive*, aut reliquis, putet vitæ æternæ participes redditos. Nam licet plurimi eorum ex intuitu creaturarum & Dei revelatione Rom. I, 19. ad notitiam Creatoris pervenerint, nihil tamen de salvificâ Fide ipsis constitit, quod è Cap. I. Epist. ad



Rom. dilucidè apparet ac probarunt pluribus *Dd. Chemnitius, Forsterus, Osander,* & cæteri, quos non exscribimus. Nec est, quòd quis laudabilia Ethnicorum facinora prætendat, cum illa peccati loco habeantur, utpote non profecta è fide, Rom. XIV, 13. & aliàs operibus non justificetur ullus mortalium, *ἐκ ἐξ ἔργων, ἵνα μή τις καυχῆσεται* Eph. II, 8. Hæc indubiè vera sunt!

II. At verò cum in religione Christianã, proh pudor! tot exortæ sint, tot hodienuum exoriantur Sectæ, ut vix numerari queant, progrediendum ulteriùs. Et sicut nemo Christianus audit, nisi credat in Christum: Ita nemo, licet fidem jactet, Deo Trinuni placere potest, præter illum, qui rectè eundem juxta verbum *θεόπνευστον* colit. Matth. XV, 9. Hinc certa Fidei nostræ capita (s. Articuli, communiter ita dicti) è verbo Prophetico eruta. Et hoc ideò, ut omnis, qui se in Christum credere profitetur, de singulis istius fidei articulis in verbo Dei præscriptis dextrè sentiat, mendis vel ex errore intellectus, vel voluntatis pravitate ortis, nuncium remittat, atque ita ne in minimo quidem eorum, quæ tanquam salutis dogmata ad credendum præcepta sunt, hallucinetur. Quod nisi fiat, coletur Deus ritibus impiis, & Scripturæ Sacræ è diametro oppositis. Exstructio vituli Aaronici debebat esse cultus vero Deo debitus, quia indicebant *FEŒTUM JEHOVÆ*, Exod XXXII, 4.5. Nihilominùs tamen bifariam peccatum, quòd Idololum (1.) efformâssent (2.) honorâssent, quorum utrumq; prohibitum fuerat. Exod. XX. Conf. *Chemnitium & Voss. l. I. de Idol. gentil. c. III.* Addeò etiam, qui in uno credendorum *tesqua sequitur & devia*, ille à viâ salutis longissimè recedit, nec in eandem redire poterit, nisi verbi ductu per gratiam Spiritus Sancti se aberrasse agnoscat & ferio doleat. Si enim aureæ huic catenæ unicum, idq; valdè exiguum membrum adimas, totam dissolves. Quod nisi concedatur, non ita in proclivi est videre, quid causâ sit, cur è tenebris Papalibus egressi de luce Evangelii nobis per *DEUM* restitutâ gloriemur. Neq; obstabit quippiam, quò minùs omnes Sectas in unum corpus conglobemus, ut mox huic, mox item alteri dediti simus, & maneamus nihilofeciùs veri Christiani. Sed ista suam absurditatem per se ipsa produnt, ut quis intelligat, non sufficere quamcunque Fidem, sed veram, id est per omnia Dei verbo conformem,
non



non tō credere, sed rectē credere, *πιστῶς πισεύειν*. Hic velum
verti non debet, utcunq; ventus est, nec tepor ullus sentiri. Apoc.
III, 15. 16.

III. Illi ergō, qui inter Christianos à *Luthero*, Viro à Deo de-
amato (*non pudet istius Nominis, ut ut odiosi reformatis, neq; juramus
in ejus verba, nisi sint Scripturæ conformia*) nomen retinent, perma-
nent, quoad omnia Fidei Capita, in verbo Prophetico, donec oria-
tur ὁ φρασφῶρος ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, atq; ita se nunquam de-
ceptum tri firmiter credunt. Id quod loqvuntur omnes ipsorum
libri symbolici, præprimis Confessio Augustana, quam nemo ha-
ctenus nisi per calumnias & captiosas quæstiones aggredi ausus est,
aut solidè infingere potuit. *Panision* quidem hæc talia de se dici
volunt, sed nimis liquidò constat, depravasse istos doctrinæ coele-
stis puritatem, opponere sese (cum sacerrimo Patre z. Theß II.)
Christo, docere contra DEI verbum invocationem Sanctorum, niti
suis operibus, enervare meritum Christi, mutilare Testamentum
DOMINI, & quæ sunt alia è publicis eorum scriptis alibi sufficien-
ter diducta & refutata. *Calviniani* jactant Christianorum no-
men, & nihilo secius DEI omnipotentiam certis modis negant,
de Christo minùs rectè sentiunt, sanctissimum ejus Testamentum
pervertunt, & horrendum Calvinii sui decretum defendunt. Quæ
quidem *δαιτυλοδείκτως* aliàs enumerata, annon veritatem Fidei
destruant, judicent in toto Orbe eruditi & pii omnes. Taceo
nunc *Photimianos*, *Arminianos*, ac Sectarios alios, in quos optime
quadrat illud Apostoli I. Tim. VI, 3. 4.

IV. Ac ne quis confidentem nimis hanc assertionem putet, ha-
bemus confitentis Adversarios, qui rotundè ajunt: *Nos fundamen-
tū Fidei vera incorruptè retinere, nec à quoquam doctrina ergò
damnari posse*. Sunt verba *Theologorum Heidelbergensium*, in fideli
sic dicta, exhortatione, idiomate Germanico conscripta, quibus as-
surgunt complures alii, novissimè *Gotofredus Hosto* Tractatu de
Christ. tolerantia Sect. II. c. 3. p. 50. Hoc tamen falsum, quod idem
præmittit, puriorem, fortioremq; veritatem à suis & suorum stare
partibus. Contrarium enim toties à nostratibus probatum, toties
evictum, ut nihil homini oculis opus, qui id non videat. Ipsa sana
ratio dicitur, eos purissimam habere veritatem, qui omnia dogma-



ea è purissimo Scripturæ S. fonte hauriunt, hausta illo sensu expo-
nunt, quem litera & contextus admittunt. Ea omninò purior est
Veritas, quàm ista, quæ divina Oracula albâ amussi, & citra dele-
ctum rationi cæcæ applicat, vel traditionibus deturpat. Et uti-
nam huic tandè cederent, quæ æq; clara nitet, atq; cælum cum fu-
dum est. Sed illi sordescunt, ut sordescant *ἐν* Apoc. XXII, II. Qui-
libet suum errorem propugnat, Pagani vanitates, Judæi supersti-
tiones Pharisaicas, Muhammedani Alcoranum (القرآن) Ponti-
ficii traditiones, Reformati subtilitates, Sociniani quisquillas.

V. Hoc inrerim certum est, quod quamdiu erroribus foedis
voluntariè immersti sunt, fide verâ excidant, atque ita consequen-
ter, si mendas procaciter defendant, seq; errare contra conscientia
propriæ dictamen negent, salute. Væ illis, nisi verbis meis firmi-
ter adhaerint, ait Dominus Hof. IX, 12 Jerem. VIII, 8. 9. De reli-
quis, qui per admissionem falsi ad verum & necessarium in suâ
simplicitate, non affectatâ, aut voluntariâ, sed (liceat ita loqui)
simplicissimâ ambulant, nihil decernere licet. Verùm ubi talem
reperias? Multos video nihil magis ostentare, quàm quod simpli-
citer credant, qui tamen circa τὰ *μυστὰ* adeò singulares sunt, ut irre-
gulares suspiceris. Seduci etiam καρδίαι τῶν ἀκράτων Spiritus San-
ctus dicit Rom. XVI, 18. & Os veritatis: Cæcus cæco viam monstra-
re nequit, nisi uterq; perire velint Luc. VI, 39. Matth. XV, 14. Atta-
men nos pietas cum charitate conjuncta jubet, non citò quempi-
am talium prædamnare, ne damnemur, quin præcamur potius;
Det illis Deus cor intelligens, oculos videntes, aures audientes, ut
illuminentur omnes, qui sedent in tenebris, atq; incipiant secun-
dum legem & testimonium vitam instituire: Ὅσοι γὰρ τῷ κενόνι
τῶ (כליב Syr.) εἰρήνην ἐπ' αὐτοὺς καὶ εἰλε Gal. VI,
16. Efa. VIII, 20.

VI. Equibus omnibus deinceps colligere licet, quî fiat, quòd
cum sectariis pacem & concordiam Ecclesiasticam inire neque-
amus. Nemo enim in communionē Fidei verè admittendq; est, capi-
talibus immerfus erroribus. Et quàm longè abest ἁρεσιολογία ab
ἰεροδοξία, tàm longè à fallaci absumus syncretismo. vid. DN. D.
Hülsem. Calvin. irrec. Danhäv. de syncret. Non expetimus, po-
nam verba Jac. Laurent. in Grot. papiz. p. 104. *Unitatem cum secta-*
tis,



ritu, nec querimus, sed toto pectore execramur, nisi debitam reformatio-
nem admittant. Nec istud nostri demum Theologi recte viderunt,
sed Patres etiam tot retrò seculis, cum talibus fraternitatem colere
non potuerunt. Adeat illorum scripta & Historiam Ecclesiasti-
cam, quisquis specialiora scire volet, nos generalia saltem in gu-
stum damus, ac simplicissimè. Novimus enim, quam scoptice
εἰς πῶτος illi, si Diis placet, excipiant allegationum farcimina (ita
loquuntur) & Scholasticarum subtilitatum ac distinctionum tricas, que
videantur penè ea sola esse, quibus quorundam scripta sese publico pro-
bent. Hoc ego usquequaq; demiror, quod Calviniani præ reliquis
pacifici videri velint, adeò, ut non olim tantum id egerint Palatini,
Parèus, complures, sed præteritis proximè annis eandem reco-
quant Cramben Scænius (in Tract. germ. de Evangel. Eccl. frater-
nitate) Bergius, H. Grotius, Dureus, Gotofred. Otto, si hic tamen in-
telligit. Scilicet sub eo prætextu virus suum ulteriùs dissemina-
turos se arbitrantur, quãdo Laicis persuasum, ipsorum doctrinam
non discrepare à nostrã. Interim meridiano Sole clarius est, eos-
dem magis magisq; suos errores defendere, dum videri nolunt. Et
is Satanæ mos est, qui toties maximè nocet, quoties Pacem querit
Luc. IV, 34. Nos repetimus hoc loco à maximis Theologis aliàs
asserta, quòd cum omnibus Pacem civilem & externam colamus
lubentes, ut Spiritus S. mōnitã impleamus, quæ extant Rom. XII, 18.
Hebr. XII, 14. Optamus etiam, ut invictæ veritati cedant, precamur,
recipiant sese intra penetralia veræ, quæ Hottoni particularis dicitur,
Ecclesiæ, à quã omninò propriè (neget idem quicquid volet.)
egressi sunt, quando peculiare Confessiones ab Augustana toto
cælo alienas, publicè assumserunt illã rejectã; Quamdiu id factum
non fuerit, Pax Ecclesiastica, inter nos iniri nequit, præsertim cum
pacificorum istorum Actiões nobis sint quàm notissimæ & longè
aliæ, quàm primã facie apparet. Vi geritur res, ait Poëta! Unde est,
quòd maximè à talibus istis nobis metuamus, non ideo, quòd sub-
dolè affert Otto, quasi causæ diffidamus. Clamant equidem homi-
nes haud magnum discerniculum intervenire inter Lutheranor-
um & Reformatorum doctrinam, nec tamen σφάλλια sua ag-
noscere, Confessioni nostræ subscribere cupiunt. Aliquã certè
ratione eorum fermocinationes tolerari possent, si ad Concordiam
Eccle-

Ecclesiasticam sufficeret ἐμὸν & consensus in aliquibus, in aliis
contrà pro lubitu dissentire liceret. Non edocti sumus talia à
Doctore Christo, qui clarè, ὁ μὴ ᾧ, inquit, μετ' ἐμῶ, etiam in mini-
mo, κατ' ἐμῶ ἐστ. Luc. XI 23.

VII. Sed quid hic reponat quasi Hotto, audiamus! Dicit: *Quæri mutuam tolerantiam, non Ecclesiarum confusionem, sextentis
ostensum, Reformatis in Germania probatam Augustanam Confessio-
nem, quoad substantiam, & subscriptam & defensam.* Gotofredus si
sentit idem, quod scribit, cur propugnant suos errores Reformati
A.C. è diametro oppositos? Concordia certè confusio non est, neq;
tolerantia alia Ecclesiastica citrà confusionem dogmatum, falsò
ita dictam, haberi potest. In tam arduo salutis negotio, nihil te-
pide agendum. Aut per omnia sint nobiscum, aut gloriari desinant.
Præcedat ^{NON} veritas & ὀρθοδοξία, sequatur ^{DIS} pacifica conver-
satio, aliàs nulla εἰρηνοποιία Zach. VIII, 19. 1. Reg. XVIII, 21. Zephan. I,
5. Pervicacia, quam communiter culpant Adversarii, nulla est, sed
omnia Dei verbo conformia Psal. XCIV, 26. ut frustra sint adeò,
quotquot cum *Bremenfillo Lampadio* (præf. mellif. Pezel.) Lutheri
animum cedere nescium garriunt, alios irreconciliabiles nuncu-
pant. Ipse Lutherus se explicuit in Cap. Lad Gal. Tom. IV, Jen.
f. a. b. & Lampadii calumnias refutavit *Joan. Dietericus*, aliorum,
alii, de quibus aliàs disserendi dabitur occasio, si vixerimus. *Ταῦτα
ὡς ἐν ἀρχῆς*

VIII. Dolore tamen dignum, homines doctissimos talem istam
concordiam DEI verbo maximè adversam tantoperè suadere, &
sentire nolle, quid detrimenti exinde consequatur. Vnicum ap-
posuisse hac vice sufficiat! Ut enim omnibus pacifici nostri place-
ant, mox hunc fidei articulum perversè tractant, & vel cum Calvi-
nianis explicant, jam alios cum Pontificiis, jam tertiam, scilicet!
expositionem deligunt, ne à Lutheranis planè secessisse videantur.
Imò tandem eò procedunt dementiæ ac securitatis, ut in nullius
Ecclesiæ communionem acquiescant vel vivi, vel morientes. Id
quod in *Grotio* videre potuit *Andr. Rivetus* in *discuss. ἀναλ.* Grot. p. 36.
Et verè quidem vidit! Nam cum in transitu Anno cō Iōc XLV.
XX August. Rostochii mortem oppeteret, ne minimum quidem
iudicium dedit, quod errores, quos publicè plurimos reliquerat,
agno-

agnosceret. Hæc ultimò protulit: MORIOR FIDE IN CHRISTUM: Idem è Socino, audisset, idem Photinus erat dicturus, idem Menno, David, Georgius, & pessimus quisq; circumcellionum. Utinam talia recogitarent illius ὁμολογῆσαι & verâ in Christum fide, depulsis erroribus, morerentur, seu constanti confessione veritatis Evangelicæ & Orthodoxæ sinceritate. Corde creditur ad iustitiam, Ore confessio fit ad salutem. Rom. X, 10.

IX. At enim, ne longius videamur evagari, & ἐκτὸς τῶν ἑδαι-
αῶν, quod dicitur, accessum faciemus ad Articulum de Descensu
Christi ad Inferos, qui cum è Symbolo Apostolico Artic. III, Aug.
Conf. sit insertus, operæ pretium fuerit, eum Orthodoxè repetere
& errorem Grotii commonstrare. Fovit, Vir aliàs Magnus, erro-
res, quod notum, infinitos, quorum præcipui in Articul. de Justif.
& Antichristo detecti sunt à Cl. DN. Preside & Hospite nostro pl. ho-
norando. Quod quidem factum Rivetus ipse laudat in ἀναλύσει dis-
cussis. Grotian. quando (p. 109.) dicit: Hulsemannus corruptelas Gro-
tii solidè refutavit, & (Sect. III, part. IV. p. 88.) libro satis aculeato &
prolixo Cur tamen liber aculeatus? Certè ideò (alia causa non
occurrit) quia Veritas amara, & quod haut diversum, aculeata es-
se solet, quando curat. Quam qui cum pio Zelo defendit, utiq;
aculeatus esse cogitur ac cum Paulo ἐξιδάει in honorem DEI 2.
Cor. V, Syr. ^{ΝΩ} insanire Rom. I, 22. 1. Cor. I, 20. Revera e-
nim, qui veritatē defendit, insipientibus insanire creditur. 2. Cor.
V, 13. Neq; nobis quisquam vitio vertere debet, quod tanto Viro
nos opponamus. Damus quippe Grotio eruditionem, damus o-
mnia, ὁρθοδοξίαν neutiquam dare possumus. Videatur integer
Syllabus locorum de prayatorum in Hugon. Grotio Papizante la-
cob. Laurentii. Nunc quod diximus, aggrediemur, sed brevibus, pro
instituti nostri ratione, nos expediemus. Ἐστὶ γὰρ τῆς ἀμαρτίας, ὅταν
δείξη διὰ μακροτέρων, ἐνδεχόμενον δι' ἐλαττόνων juxta Philof. I. VIII,
Topic. c. IV. p. m. 394. DEUS hæc stet & sanctificet nos in Veritate,
Verbum ejus Veritas est.

X. Impugnarunt hucusq; è Pontificiis & Reformatis plu-
rimi articulum de Descensu Christi ad Inferos, sed Θεὸς μετὰ cona-
tu irrito. Neq; Grotius tantæ majestatis articulum nobis eripiet,
licet totis in id incubuerit viribus. Quod ut planum fiat, ordine
progrediemur, auspicatori à vocabulis, hic occurrentibus, quibus
B suam

suam tueri vult, erroneam, opinionem Grotius Philologus. Scien-
 dum autem, quod $\tau\omicron$ שׂאוֹל Syr. שׂוֹי Arab. سَوَا variis admittat signi-
 ficaciones, quas, quia apud Theologos ubiq; reperias, hic repetere
 supervacaneum arbitramur. Helvic. in Vindic. loc. p. 121. Meissn.
 Phil. Sobr. Tom. II. p. 371. Bohl disp. Hebr. in Psal. XVI. Addimus $\tau\omicron$
 שׂאוֹל in sacris sepulchrum quoq; notare (ubi corruptio natura-
 lis fit ad mandatum Iehovæ Gen. III, 19. Eccl. XII, 7. Syr. XL.) licet in
 diversâ etiam sit sententiâ Cl. Dn. Affelmannus disput. de h. l. Textus,
 qui vel solus id probat, extat Gen. XLII, 38. ubi Iacob ad filios: De-
 ducetis, ait, canitiem meam אֶת-שִׁבְתִּי cum dolore שׂאוֹל ad Infe-
 ros. Targ. שׂאוֹל in sepulchrum. Hic enim nemo sanus intelliget,
 locum damnatorum, neq; cruciatus infernales, neq; extremum hu-
 militatis gradum, sed sepulturam, quæ mortem consequi solet.
 Similis in lobo reperitur. Quando is de suis ærumnis satis erat
 conquestus, optat tandem, ut finis illis imponatur, cum fieri aliter
 non possit, quin præ dolore tandem mortem oppetat. Hinc Cap.
 XVII, 12. אִם אֶקִּית licet idiu expectem seu adhuc perferam dolores,
 שׂאוֹל בית sepulchrum domus mea, ibi habitabo quasi, donec re-
 furgam Iob XIX, 25. Quis tam sanctum Virum in Tartara detrude-
 ret? Elegantissimè nostram expositionem contextus confirmat v.
 15. c. XVII. ubi pergit dicere, quod frustra expectet, cum nemo
 tolerantiam תִּקִּית patientem moram collaudare & considerare
 velit. Mox addit, ergò O M N I A (innocentia, patientia
 fiducia in D E U M) mecum descendunt, $\tau\omicron$ שׂאוֹל descendunt
 quidem in sepulchrum בְּרִי שׂאוֹל v. 16. i. e. omnes meæ
 innocentia & pietatis obliviscuntur, quod aliàs post mortem fieri
 consuevit. Ubi obiter notamus, $\tau\omicron$ בְּרִי vel positum pro בְּרִי (in) uti
 particula Hebræorum non raro formantur, vel derivari à בְּרִים R.
 בְּרִי cuius variæ significaciones pro diversitate adjunctorum, uti
 pluribus docent Lexicographi. Alii locum præsentem Iobi cum
 Hieronymo exponere de pœnis Inferorum solent, quas quasi per-
 pessus sit Vir sanctus, qui tamen nobis non satisfaciunt, cum totum
 cap. XVII, & v. 23. præced. clarè demonstrant, agere Iobum de horâ
 sepulturæ adventante & jam jam imminente. Eodem modo שׂאוֹל
 pro sepulchro sumitur Genes. XXXVII, 35 Psal. XVI, 10. quod in seq.
 probatum dabimus §. §. XV. XXV.

XI. Quod de שׂאוֹל, idem de voce Adis dictum sit! Nam sicuti

ab.



absurdus est Hugo Sanfordus, Beza ad Act. II. 27. & Calviniani, alii, qui per hæc vocabula nunquam aliud intelligi clamant, nisi sepulchrum: Ita frustra est, qui negat idem iisdem denotari. Apud Græcos interpretes idem *αἶδης* est, quod in fonte Hebræo שׂוּל, necq; ulla apparet diversitatis ratio. Imò *οἱ ἐβδουκουνται* hac voce irati sunt. Quando enim Psal. XCIV, 17. David ait: Parum abfuisset, quin anima mea habitasset *רוּמָה* in silentio LXX. vertunt *ἐν τῷ αἶδῃ* quod Targum Psal. CXV, 17. Exponit *בֵּית קְבוּרָה אֲרֻמָּה* domum sepulturæ Terræ. Vulgare est, quod Mortui dicantur silentes unde Virgil. I. VI. Æneid. p. 304. Umbræq; silentes, & alibi: filet Rex ipse silentum. Ita ergo sepulchrum f. *αἶδης* silentium, dicitur *רוּמָה*, quia in hoc altum mortuorum silentium & suprema *ἀνάπαυσις* Apoc. XIV, 13. Buxtorf. in Lexic. R. *רוּם*. D. Oslander quidem Apoc. XX. 13. 14. *αἶδης* sepulchrum vertit, sed certum est, commodè ibidem exponi Infernum, ut monuerunt jam ante Cl. Theologi. Sed Tob. VI. 16. Deducam senectutem Parentum, cum dolore *αἶδης* h. e. ut explicatur alibi *αἶδης τὸν τάφον αὐτῶν* in sepulchrum. Aded manet שׂוּל & *αἶδης* notare sepulchrum licet ea significatio in hoc Articulo locum non habeat, ubi sumitur pro *ὄσ* damnatorum, ut mox deinceps videbimus.

XII. Per mirum itaque nobis accidit, quod H. Grotius in *Annot. ad Luc. XXII, 43.* novam procudat expositionem vocum שׂוּל & *αἶδης* dum ita scribit: *Qui hæc verba, κατέβη εἰς αἶδης, symbolo fidei Christianæ ascripserunt, optimè id rueri poterant sermone Christi Luc. XXIII, 43. Nam si Christi anima fuit ἐν τῷ αἶδῃ! sequitur eam fuisse ἐν ἔδῃ. Ratio est, quia sicut *ἡδύδασος* & *γέεννα* distinetam bonorum & malorum sortem significant: Ita *αἶδης* communiter designat statum animarum à corpore separatarum, opponiturq; tam vitæ huic, tum resurrectioni. Hæc ille! Quæ certè herclè Ægyptium cuiquam videri possint templum, ita perpolitæ forinfocus. Sed inauspicata deprehenduntur, si introspicias & per studiosus inquiras. Quid enim? *αἶδης* notat generaliter statum animarum, & continet sub se *ἡδύδασος* & *γέεννα*. Fallitur Grotius, ac, si quod res est dicendū, papizat! Vbi namq; Scriptura talis status intermedii animarū mentionē iniecit; Nuspiam profectò, quod compertū habeamus! Animæ separate à corporibus aut sunt ἐν *ἡδύδασο* statim Sap. III, 1. Hebr. XII. 22. seq. aut ἐν *αἶδῃ* τῷ, qui Christo *γέεννα* dicitur*

& γέννα τῶ ὠπός Matth. V, 22. Tertium nō datur Matth. VII, 13, 14.
 Luc. XVI, 23. Proinde corrui Grotiana differentia, præsertim cum
 auctore Hieronymo Christus primò vocem γέννα de loco damna-
 torum usurparit, ut notat *Cæl. Rhodig.* lect. antiq. I. XIII. cap.
 XXIII. cum alijs esset locus prope Hierosolyma, Tophet dictus,
 ubi crudeliter Molecho sacrificabant. Conf. 2. Reg. XVI, XVII,
 XXIII, 10. Sed γέννα non est *τόπος τῶ θεοῦ γέννα δαίμων*, quod puta-
 vit Theophylactus, verum ab Hebræo *גִּיְהוֹנִים* vallis Hinnom, pro
 quo Syrus *גִּיְהוֹנִים* (Gihanno) habet Matth. V, 22. XXIII, 15. alibi. *Talia*
enim, dicam verbis Heinsii Exerc. sacr. p. 275. interdum exciderunt
antiquis, ne quis ignoraret homines esse, & ut sapere discerent posteri,
nec linguarum peritos tam superciliosè contemnerent, & Philologica
stulticiam appellarent, ut solent ignarissimi. Jam quæ vox pro *αἰδῆς*
 à Christo usurpata & ab eâ nullibi contradistincta fuit, à Grotio
 distingui non debebat. *Παραδεισος* est itidem dictio Scripturæ
 æternam beatitudinem notans & locum, quò piorum animæ ab
 Angelis ducuntur, quod observat Chaldaeus Paraphrastes ad Cant.
 IV, 13. Sic quando Heb. XI, 5. è Genes. V, 22. Syr. XLV, 16. XLIX, 16.
 Enoch dicitur translatus, addit Arabs *سُفْرَان* eis *παραδεισος*. Et
 iste locus *τῶ αἰδῆς* est oppositus, nec sub *αἰδῆς* contineri potest. Hu-
 jus possessores per Christum nos firmati sumus, ut melius colligi-
 tur è Luc. XXIII, 43. quam id, quod collegit Grotius: Christi ani-
 mam fuisse *ἐν αἰδῆς*, quia fuerit *ἐν παραδεισῶ* (Syr. *כַּפְרַיִם*) Quin &
 in Christo cœlorum superna penetravimus, ut ponere liceat verba
 Leonis Magni Homil. I. ascens. Domini.

XIII. Nolumus diffiteri, apud Scriptores Latinos τὸ *carcer* &
robur ita discerni, ut robur sit medius ac maxime fœdus in carcere
 locus, unde Appulejus Orat. de Magiâ: O subtilitas carcere digna
 & robore. Ita in carcere quidem erit, qui est in robore, non con-
 trā. Et si hac ratione Grotius *αἰδῆς* distingueret à γέννα, Ortho-
 doxo sensu possemus concedere, quia utrobiquè eadem condemna-
 tio gradibus diversa, quales pœnarum gradus reverà dantur, uti &
 gloria i. Cor. XV, 41. At enim manet nihil secius Paradisum
 sub *αἰδῆς* non contineri, utut generaliori vocabulo! Græcis equi-
 dem non rarò *αἰδῆς* dicitur *ἀερ δὲ τῶ αἰδῆς*, sicut idem Acheron
δὲ τῶ αἰδῆς, & Tartarus ob frigiditatem, quam aëri Poëta ad-
 scribunt maximā, unde Hesiod. & Hom. *ταρταρον* vocant *νερόεντα* &



& is dicitur *παρὰ ρίψεν*, qui non citra tremorem obrigit. vid. Adr. Turneb. comm. in Plutar. de primo frigido p. m. 63. Coel. Rhod. l. a. lib. XXV, c. XV. lib. X. cap. XVIII. Sed in hoc generalissimo significatione solet addi *ἀδης ἐν ὄρανῳ* ut Joannes Grammat. de Damascio ait: *ἡ δὲ φύσις, ὁδὸς τὸ γάλα, τῶν διαπορευομένων τῶν ἐν ὄρανῳ ἀδην*. Quo sensu in Symbolo Apostolico accipi. nequit, uti apparet ex oppositione, Descendere *εἰς ἀδς*, ascendere ad coelos, verum hic notat τὸν ἐν γῆ ἀδην & eum locum, de quo *Ausonius in prec. matut.* Tomentaq; fera Gehennæ (ἐν ἀδς) Anticipat patiturq; suos mens conficia manes. Ad eod scoriarum instar sunt, quæ protulit Grotius, exacta ad verbi divini obrustam.

XIV. Poëta interim pro *ἀδης* varia adhibent, quando Infernum vel Deos notat Inferos, de quo videndus *Ch. Salmas. comment. in Solin.* & in Ind. Tom. II, annexo. Homerus. *ψυχὴ δ' ἐκ βέβητων ψαμένῃ αἰδῶ δὲ βεβήκα*, Ast anima è membris abiens inferna, reposit. In carminib. Orphicis: *Ἄρρητοι αἰδαὸ πύλαι καὶ δῆμοι ἐνείρων*. Sed nolimus ferri *ἄδης μὲλ*. Id maxime huc spectat, quod frequentissima apud Græcos phrasis sit *ἐν* vel *εἰς ἀδς*, ut subintell. *τόπῳ ἢ οἴκῳ*. *Εἰς ἀδς* Act. II, 31. Tob. VI, 16. Gen. XXXVII, 35. Diphil. ἐν ἀδς κρείταις citante Euseb. l. XIII. de præpar. Evang. Sic de Catone refertur, quod ex odio Græcorum dicere solitus sit, in *Isostratis diatribâ* consensere discipulos *ὡς ἐν ἀδς χρησσομένους ταῖς τέχναις*. Hinc ἐν ἀδς planè in Græcorum abiit Proverbium, de quo paulò Inferius. Non raro tamen ἐν τῷ ἀδς etiam reperias Luc. XVI. 23. LXX. Psal. XCIV, 11 &c., Latini auctores *ἄδης* & *ἀδης* Infernum vertunt, Tartarum, Orcum, Acheronta. Sic vetus quidâ Poëta apud Cic. aperto ostio alti Acherontis. Lucret. Acherontia templa Ennius æternis exponit versibus edens, quò neque permanent animæ, neq; corpora nostra. Virgil. l. XI. æneid. Qui solus honos Acheronte sub imo est. Plaut. Trinum, In nostro agro est ostium Acherontis. Amphitr. Act. 4. Sc. 2. v. 9. Ulmorum, Acheruns, i. e. qui tot devoravit plagas, quod vix habet animas Acheron. Quæ jucunda licet sint, hic tamen, ne nimis excrescat charta, consultò omittenda. vide sis Turneb. in Orat. Cic. 2. de leg. Agrar. contra Rullum. p. 29, & in Adversar. sapiculè Varron l. IV. de lingv. Latin. ubi quid orcus sit, exponitur.



XV. Nunc deinceps perlustremus, quid pro aſtruendâ ſuâ ſen-
 tentiâ afferat Grotius! *Quomodo* **שואל**, *inquit, uſurpant ſacra lite-*
ra. Nam Jacob ita loquitur (Gen. XXXVII, 35.) **לXX. ודו נא לי בחרו לי**
פוס רדי ויבן לי מצבה על ראשי *quod de cor-*
poris ſepulchro intelligi non poteſt, quia filium non ſepulcrum, ſed à feris
laniarum Jacob conſtituatur. Scilicet hic idem ſtatuit H. Grotius,
 quod Bellarmin. l. 4 de Chriſto *Perer.* in Gen. 37. Diſp. VIII. qui a-
 junt **רד שואל** aliàs & d. l. uſurpari de loco, ubi ſubſiſtant ani-
 mæ, medio inter infernum & ſedem beatorum. Eodem mo-
 do *gloſſa ordinaria* ad Gen. XXXVII, 35. tradit, eſſe loca diſtincta ab
 Inferno, ad quæ deſcenderint animæ Patriarcharum, quæ in Para-
 diſum pervenire non ante potuerint, quàm Chriſtus primus in-
 troiret, ac illuc deſcenderet. Faliſſima omnia! Scriptura enim,
 uti §. XII. diximus, tertium illum locum ignorat conſtanter, ſive
 purgatorium vocites, ſive Limbum Patrum perinde erit, & patri-
 archæ, aliiq; fideles V. T. eâdem fide in agnum maſtatum ab initio
 mundi ſalvi facti ſunt, Apoc. XIII, 8. ut ita limbo illo fictitio nun-
 quam fuerit opus. Quotquot in Chriſtum verè credunt, aternâ
 beatitudine perfruuntur, reliqui pœnas infernales certò experi-
 untur Marc. XVI, 16. juxta hunc ſermonem judicantur omnes Joh.
 XII, 48. Pontificiorum figmentis valere juſſis. Sed nec locus Ge-
 neſeos, quicquam juvat Grotium & aſſectas. Nam in *Genere*, lo-
 quitur Jacobus de morte, quam cum filio vult habere communem,
 & diſſolvi cupit, ut una cum gnato ſit. Abſit putemus, Patriar-
 cham, in ſpecie, optare, ut & ipſe à feris devoretur; ſomniaſſe con-
 junctionem animarum in Limbo Lugentis verba ſunt, eorumq;
 hic ſenſus, quòd pater filium chariſſimum ex hac vitâ abreptum
 tantisper deplorare velit, dum & ipſe poſt mortem tumulo impo-
ſitus terræ manderetur. Proindè de corporis ſepulchro ſive, ut ac-
 curatiùs loquamur, de corruptione naturali poſt mortem in ſepul-
 chro factâ, locus præſens rectè *intelligi poteſt*, quomodo **שואל** Gen.
 XLII, 38. ſumi ſuprà demonſtravimus. Contextus ſi inſuper evol-
 vatur, ad oculum pateſcet, Jacobum nullas admittere voluiſſe con-
 ſolationes, ſed revera in luctu fuiſſe, dum inaudiret, Joſephum vi-
 vere & currus ab ipſo miſſos videret. Nam licet primùm tale
 quid de Filio ominari non poſſet, reipſâ tamen veram eſſe famam
 exper-

expertus est. Quae omnia Spiritus S. cum peculiari Emphasi exprimit Gen. XLV, 26-28. Ad primum nuntium **יבנ לב** quiescebat cor ejus, i.e. praestupore quasi obrigit, ob renovatam filii unice dilecti memoriam & spem de vita ejus fallaciter (quod sibi imaginabatur) conceptam. Oppositum hujus stuporis est **תו** reviviscere! LXX. verterunt **εἰς τὴν τῆς διαβολῆς** deliquium animi passus est. Targum on kelos metaphorice interpretatur **והיו סליא פניו על לבה** verbadubia erant in corde ejus. Paulo post aspectans currus & equites à Filio verè ablegatos deposuit omnem cordis tristitiam & quae revivisceret, in hæc verba erupit, **רב עיר** sat est omninò (Auctor Thebaidos v. 289 insignem hanc Emphasin exprimet: Si nulla gnati, causa vivendi est mihi, *Hæc una abundè est*) vivit filius quem visurus abibo, antequam moriar, vel quod eadem phrasi rectè diceretur, antequam descendam in sepulchrum **שאלה**

XVI. Inunc, quisquis es, & lumbum Parrum, somnia! A nobis sufficienter declaratum esse arbitramur, locum Gen. XXVII, 35. nequicquam à Grotio ad stabiliendum suum errorem adduci. Non enim adeò Elephantino circumtectus quis erit corio, qui autumabit, per **תו** **בא** abire ad filium, aut corporalem notari conjunctionem, cum & illi dicantur ad suos abire, qui tamen diverso mortis genere intereunt, aut conjunctionem animarum Scripturæ ignotam. Transitum seu discessum ex hac vitæ phrasis indiget, quem sepultura subsequi consuevit. Ipse Grotius plura è V. T. loca pro se adducere non potuit, ideoq; saltum facit, ut de voce **אדם** idem probasse videatur. De voce **אדם**, sunt ipsius verba, *produximus alibi testimonia Josephi, Sophocles, Diphili & aliorum.* Ubi denuò mirari subit, quod Grotius è profanis judicium ferre velit de sensu Scripturæ, cum is tamen non in Scripturam importandus sit, sed ex eadem exportandus. Quid Ethnici de statû animarum è **אדם** senserint, sacris literis nihil derogare potest. Quod ipse vidit Grotius, aut videre certè debuit. Vidit, quia statim præcedentibus annectit: *Et is, qui titulo Sybillinorum Carmina Græcè scripsit homo haut dubiè (N. B.) Christianus, ita utitur voce אדם, ut quam derivat à primi Parentis nomine.* Loca, à Grotio alibi producta, examinanda erunt alibi! An scriptor Carminum Sybillinorum fuerit Christiano, non quaritur h. l. uti nec illud, quomodo

lita-



utatur voce *αδς*? Id in questionem venit: An utatur rectè? Utrum ex sententiâ istius Auctoris iudicium faciendum de tanto fidei Articulo? *ἡ ἀποστολικὴ γραφή ἰδίας ἐπιλήσεως ἐγένετα* 2. Petri. I, 20. Ut ille utatur vocibus, *Scriptura per Scripturam explicanda*, quod scire potuit Grotius & videre debuit. Prævidit tamen uti in *πάλυγραφία* fieri assolet. *Τὶ κατορθὸν χαλεπὸν ἐστὶν, ἢ τὸ πολλὰ, ἢ τὸ πολλὰς* Arist. 1. 2. de cœlo c. XI. t. 63. p. 642. Quod autem idem scriptor vocem *αδς* a primij Parentis nomine deriveret, qui huc quadret, necdum intelligo. Varias istius Nominis allusionem quæsitam ab antiquis, palam est, quas, quidem, si Grotius derivationes appellare volet, errabit toto cœlo, sicut & illi, qui scribunt: Cyprianum respicere Etymologiam *τῆς Ἀδαμ* quando dicit: *A* denotare *ἀπολή, Δύσω, Ἀ, ἀρκτον, Μ, μεση, Βεταν*. Est ea voluntaria & cabalistica vocis explicatio, cuiusmodi frequens apud Patres. *Heinsius*, Allegorias vocat (an rectè iudicet Lector è naturâ Allegoariarum) quando in Exerc. N. T. p. 284. *Habent*, inquit, *antiqui multas allegorias, ut quando de Ἀδαμ hoc vel illud dicitur, &c. Sic Hebraeis quod* *אדם* in libris Mekubbalim est *מקור, נגון*, ut *א* sit *אדם*, *מ, חש, ד, ייר, ד*, vid. Schindl. in Abbrev. f. Rafsche Theboth. Et de his alibi!

XVII. Restat vox *καταβαίνων*, quam Grotius, itidem à se face- re existimat. Ita enim pergit: *Neg, offendere nos debet verbum καταβαίνων. Id Græcus sermo ad animorum separatorum conditionem significandam receperat, non aliâ de causâ, nisi quod, quem admodum corpus, postquam in sepulchrum descendit, amplius non conspicitur: Ita animus è corpore elapsus. Sed audiamus connexionem: Ut corpus in sepulchro constitutum, est in certo loco inconspicuum: Ita animus à corpore elapsus. Rectissimè hætenus! Contrâ si inferas, ita animus &c. est in certo loco extra Paradisum & γένων, nihil omnino inferes. Et si nihilominus eâ de re Græcum sermonem pro se allegat Grotius indicanda erit qualitas conditionis animorum, separatorum, quam Scripturâ dicit partim bonam esse bonorum, partim malam, impiorum. De alia conditione τὸ καταβαίνων in hoc Themate recipi nunquam potest, nisi contra Scripturæ auctoritatem, quod hic semel dictum & semper. Ita autem Spiritus S. in verbo suo hac voce utitur de Deo & Christo *θεωροῦντες**



loquens, ut Physicè non accipiatur. DEUS omnipræsens Esa. LXVI,
1. Actor. VII, 48. Jerem. XXII, 24. i. Reg. VII, 27. Psalm. CXXXIX,
8. 10. descendere dicitur, quando pios in terris liberat, inq; impios
animadvertit Gen. XI, 5. 7. Exod III, 7. Psalm XXXIV, 16. 17. Conf.
Cafaubon. & alios. Similiter etiam Christus, cum esset gloriose
omnipræsens, non opus habuit locali progressu, sed to loco. Bayanus
in hoc artic. notat. angularem præsens & victoris Christi apud
Inferos manifestationem.

XVIII. *Hæc hæcæus de vocibus, sine quarum expositione vira*
rei attendere non potuimus. Quod si nobiscum observasset Groti-
us, res utiq; divinas melius exquisivisset, nec sonos verborum secta-
tus illa aurenus accepisset, quæ recto pioq; iudicio volutare de-
buisset. Nunc an Inferi sint, quæritur? Quod quidem licet Chri-
stianis ignotum esse non possit, variæ tamen priscorum hæc de re
fuerunt sententiæ. Nam aliqui nullos plane esse censuerunt, qui-
bus Sadduceos adnumeramus Act. XXIII, 8. nostrâ tempestate, Ana-
baptistas, Libertinos, referente DN Chemnit, I. part. LL CC. p. 323.
& Epicuræos. Sic Pythagoras apud Ovidium: Quid Stryga? quid
tenebras? quid NOMINA VANA timetis? Aliis, eos in hac vita
esse placuit, inter quos Lucanus III, de Nat. Reliqui demum esse
Inferos concesserunt, veluti experientiâ ipsâ convicti. Infernas ca-
tervas dixit Tibull. I. Eleg. 2. Infera fulmina leges apud Briffon.
in Form. p. 127. conf. Cæli. Rhod. I. a. l. X. c. XI, p. 371. Imò & de
horum operationibus varia credidit antiquitas, inter alia, quod
curas & amores solvere solent, sicut Dido apud Virgil. I. VI. Æ-
neid. sacra Jovi stygio, quæ rectè incepta paravi, Perficere est ani-
mus, finemq; imponere curis. Adde Sil Ital. I. VIII Macrob. I. III.
Saturnal. c. XX Arbores, quæ inferum Deorum, avertentiumque
sunt in tutelâ, eas infelices nominant. Statius, I. IV. Thebaidos,
inferis sub terrâ sacra fieri docet: Toridemq; sacris Acheronte,
nefastos virginibus jubet esse focos, tibi Rector Averni, quan-
quam infosius humo superat tamen &c. Id quod à Sybillini car-
minis præcepto factum esse memorant A. U. C. LII. sicut & istuc,
ut ad eam aram Ter singulis annis accessus placandis manibus pa-
teret, post Vulcanalia, ante VI. id Novemb. & III Nonas Octobris.
plura invenies apud Fest. Pompejum I. i. circa finem Plutarchi
Numâ



Numã. Gyrald. l. XVII. de Diis gent. Alexandr. ab Alex. gen. dier. l. IV. c. XII. l. V. c. XXVI. Nobis Inferi dicuntur Diaboli, in Deum blasphemii, hominibus infensi, ἀντικείμενοι. 1. Tim. V. 14. ἀντίδοιο. 1. Petr. V. 8. κακομήχανοι. Hom. Od. ω. p. 840. numero quidem infiniti Matt. XII. 45. Jud. y. 6. sed nullo cultu digni!

XIX. His Inferis, uni & impiis aliis locus destinatus est. Infernus dictus. Qua voce, qui pure locuti sunt, ad eterna nebanur, sine ulla emendatione, ut notat Voss. l. I. de vitiiis serm. c. 33. p. 123. Stagna inferna, Livius. Catervæ inferna, Tibullo. Inferna sedes, Ovid. l. IV. metam. p. 105. Et licet hinc idem auctor colligat perperam dici in Symbolo Aquilejensi, Descendit ad Inferna, rectius ad Inferos, notum tamen est, quod usus multa Adjectiva ad Naturã Substantivorum transferre soleat, inter quæ Inferni vox non immeritò locum obtinet. Scriptura autem Infernum satis describit, quod sit τὸν βασιλεὺς Luc. XVI. 23. ubi Diaboli & impii omnes δίκην τίσσον, ἔλαθρον αἰώνιον ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ τοῦ κρυπτοῦ καὶ δεξιῆς τοῦ διαβόλου τοῦ ἰσχυροῦ ἀπὸ τῆς 2. Thess. I. 9. Conf. Esa. LXVI. 24. Rom. II. 9. Apoc. XIV. II. XX. 14 Psalm. XLIX. 15. Et tantum de hoc loco ferre piè nobis sufficeret, nisi cum Ethnicis Pontifici inferos in centro Terra quærent, vid Bellarmin. l. IV. de animã Christi c. X. sed fortassean juxta illos terra in faucibus gestabit Infernum, sicut de Persis olim dictum, eos in faucibus gestare boves, referente C. Rhod. l. VI. l. a. c. XVII. Falsi profectò sunt, qui istud credunt! Est enim Inferorum regio & æterni ignis sedes opinationis incertissima apud Christianã veritatis auctores & assertores. Vsq; ad eò, ut Græci, τὸ ἐν ἄδῃ, Proverbii instar adhibeant, & usurpent de re æquè incertã, atq; locus inferni est. Planè ut Latini τὸ sub Terrã ponunt pro ignoto, occulto, incerto, quoad designationem loci discreti. Horat. l. I. Ep. VI. Quicquid sub terrã est, in apicem proferet atas! Ad quam incertitudinem referendum erit, quod Josephus, quem citat Grotius, præmia non minus, quàm pœnas animis ait contingere, μοχλὸν ἢ βραβεῖαν, μοχλὸν ἢ βραβεῖαν, ut male exinde colligatur pro statu animarum extra Paradisum & Gehennam. Imò ut ut Josephus pro synonymis utatur vocabulis βραβεῖαν ἢ βραβεῖαν, fit hoc ideo, quia hominibus sub Terrã constitutis i. e. mortuis ac sepultis, & post hanc vitam præmia vel pœna distribuuntur, quod Hebræo loquendi more est. τὸ ἐν ἄδῃ. Sen-



Sentiebant idem Ethnici, quod turba inhumata non transvehere-
tur styga, nisi post C. annos, de quo Virgil. I. VI. Aeneid. & Ovid. IV,
metam. Simulacraq; functa sepulchris, descendunt illac. Cui ac-
cedit, quod τὸ sub Terrâ (Ἰσὸ Ἰδαῖος) mortui sepulturam noter. E
multis, ut brevitati studeam, unum adducere lubet, vetustum sc: &
venustum Claudia Epitaphium, quod Roma extat & totidem ver-
bis exscriptum reperitur I. VII, Form. Barn. Briffon. p. m. 696.

HOSPES, QUOD DICO PAULLUM EST; ASTA AC PELLEGE
HEIC EST SEPULCHRUM, HAUT PULCHRUM, PULCHRAI FOEMINA!
NOMEN? PARENTES NOMINARUNT CLAUDIAM!
SUUM MARITUM CORDE DILEXIT SOVO,
GNATOS DUOS CREAVIT, HORUM ALTERUM
IN TERRA LINQUIT, ALIUM SUB TERRA (NB.) LOCAT

(h. e. alter adhuc vivit, alter mortuus & sepultus, est Ἰσὸ Ἰδαῖος.
Hebr. Ἰσὸ Ἰδαῖος!)

SERMONE LEPIDO, TUM AUTEM INCESSE COMMO
DOMUM SERVAVIT, LANAM FECIT! DIXIT ABEL!

XX. *Et tu haec enus abi Groti!* Aliàs pro Pontificiis nihil facit
Ἰσὸ, ut offensum sapiens, nihil ἄδης Matth. XI, 23. Est enim lo-
cutio Proverbialis. Nihil deniq; vox inferni & Inferorum. Vten-
dum vocibus secundum plures, ut monet Arist. I. Topic. & κατὰ ἀ-
ναλογίαν. Certè Scriptura de Inferno loquens ad captum nostrum
se accommodat, eumq; sub Terrâ esse dicit, veluti longissimè à Dei
conspectu & consortio beatorum remotum. Hinc χάσμα μέγα
cujus Christus meminit Luc. XVI, 26. Syr. ܟܪܝܝܢ Arab. ١١١١. DEUS e-
nim ita describitur nobis, quod Excelsus in Excelsis sedeat Psal.
C. XIII, 5. Lucifer ἐξέωρετο ἐκ τοῦ ἑρανοῦ Esa. XIV, 12. seqq. sede excelsâ
excidit. Sive locum de Diabolorum lapsu, sive rectius, de Regis
Babylonii interitu explices, manet tamen, quòd caelum dicitur su-
preum, Terra inferna, Tartarus infimus. I. laut. Cistellar. Ita me
Dij superi, inferi & medioximi &c. ὡς τὸ ὑ ἐρωσραῖον, καὶ ἐπι-
γελωνικὴ κατὰ χθονίων Phil. II, 10. ubi per Inferos intelliges, non in
purgatorio animas, cum Bellarmino, sed Demonas & ἐν ἄδᾶ dam-
natos, qui cogentur nostrum Victorem adorare. Adoratio genuste-
tio dicitur γων ὡς τᾶν Matth. XVII, 14. XXVII, 29. Esa. XLV, 23. Marc.
I. 40. Mos deductus est è profundâ Antiquitate, siquidè qui alterum



se superiorem agnoscebat, ad illius devolvebatur gentia, quod si-
 ne genu flexione fieri non poterat. Virgil. I. 3. Æncid. Dixerat & ge-
 nua amplexus, genibusq; volutans hærebat. Hom. od. ζ. p. 182. v. 33.
 Il. X. 788. 24. Corippus I. I. & III. genibusq; mirantis admove-
 re manus Res trita est! Καταχθόνιοι dicuntur Inferi & χθόνιοι Hesiod.
 Theog. p. 224. v. 766. eo, quo nos capere possumus modo. Sic
 Esa VII. II. Amos IX. 2. Psalm. CXXXIX. 8. opponitur cælo
 Infernus. Ephes. IV. 8. ἡ ἀνομήνη ἀνάστασις τῶν ἁγίων, καταβῆσα μερῆ
 τῆς γῆς, ubi ~~κατὰ τὸν οὐρανόν~~ locum notat infimum. Aiazus ἑντερο
 γῆς habet in Prognosticis, τὸς κλέεσι μελάρις ἑντερο γῆς. Pha-
 lar. Epist. XII, ἐν τοῖς κέλεσι τῆς γῆς. Alia ἐν ἑμφαλοῖς γῆς in Um-
 bilico Terra. πῖπππ δίκωδ in inferiori inferno Psal. LXXXV. 13.
 Ἐπὶ οὐρανῶ τῆς γῆς Apoc. V. 3. Sic Core, Dathan, Abiram absorpti
 sunt à Terrâ & vivi in Infernum descendisse dicuntur Num. XVI.
 32. Et tamen ex his omnibus nihil Pontificii colligere possunt, nec
 enim sequitur. Infernus hoc vel illo modo pro capite humano no-
 bis describitur. E. talis est κλέεσι ἀδ. dicuntur esse Apocal. I. 18.
 E. sunt? Jon scribitur fuisse ~~ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς~~ ἐν καρδίᾳς θαλάσσης in me-
 dio maris Jon. II. 4. E. præcisè fuit in meditullio maris? Christus
 quoq; dicitur fuisse ἐν τῇ καρδίᾳ τῆς γῆς ~~κατὰ τὸν οὐρανόν~~ Matth. XII. 40.
 E. revera fuit Ἀραῶν ἀ τοπῶ τερα. / Equidem certum est, ut se habet
 vidus ad Solis lumen, ita proflum habere hominis ingenium ad
 hujus profunditatis abyssum. Infernum in centro Terra quarere
 velle, æquè stolidum atq; cum quibusdam Ethnicorum, imperium
 Plutonis in interstitio inter Lunam & Terram investigare, quod
 mille fecerunt Poëta. Relinquamus ergò tandem talem istam
 γραῶν μυθολογίαν & fateamur nos scire: Quid sit Infernum, ne-
 scire ubi sit. Interim commodè retineri possunt consueta istius lo-
 ci descriptiones, quales suppeditat Scriptura ipsa, retinent veteres
 Ecclesiæ Doctores. Victorin. Martyr comm. in Apoc. Sicut cælum
 intelligitur ara aurea, quæ erat interior & requies Sanctorum, in qua
 quidem ab impiis videntur & audiuntur justi, sed non possunt illuc
 transmeare: Sic & ara ærea Terra intelligitur, sub qua est Infernus,
 remota pœnis & ignibus regio.

XXI. Ad alia pergimus, ut interjiciamus porrò inter hæreti-
 cos & veritatem longurios, ne amplius huic insultent. Quemadmo-
 dum



dum igitur de cœlo tanquam in superiori loco constituto vox
 Ascendere ubiq; usurpatur: ita de Inferno, seu inferiore κατε-
 βύθην Hebr. 77. Eccl. IX, 10. ἀναβύθου καὶ ἐπάνω τῶν νεφελῶν
 Esa. XIV, 14. Seneca Thyeste: Æqualis astris gradiar & cunctos
 super i.e. supergrediar alstra. Et hac ratione, sensu tamen Scri-
 pturæ Christus in Symbolo nostro Apostolico dicitur Descen-
 disse ad Inferos, post, Ascendisse ad cœlos. Nam quia illic verba
 κατήλθεν εἰς ἄδης peculiarem sortita sunt locum, peculiarem
 etiam articulum constituent, siquidem Symbolum est compen-
dium Fidei brevissimum, è doctrinâ Apostolorum bonâfide col-
lectum. Cur illud Symbolum Apostolicum dicatur, & ab
 ipsis num conditum Apostolis? alterius loci & quæstionis est.
 Sufficit scire, id ipsum tesseram esse, quâ credentes à Judæis &
 paganis discerni queant, & quoad omnia Capita cum doctrinâ
 Apostolicâ congruere. Quod cum sit indubium, non admitti-
 mus ea, quæ *Schindlerus in Lexico αὐτοματῶν τῶν R. SIKW* assert,
 quod in Symbolo Constantinopolitano lectum fuerit: Passus sub
 Pontio Pilato ac sepultus est, pro quo in Symb. Athanasii: qui pas-
 sus pro salute nostrâ κατήλθε εἰς ἄδης quodq; postea illa unum &
 idem significan̄tia disjuncta fuerint tanquam duo & diversa. Et
 enim non potest hic articulus confundi cum antecedentibus
 vel sequentibus, nec significat idem, quod ipse positus arguit. Et
 licet *Vossius* putet, in symbolo Aquilejensi rectè præteritam pas-
 sionem & mortem, cum utraq; contineatur sub crucifixione.
Crucifixuntur inquit, *ut moriantur, nec nisi certò mortui sepeliun-*
tur. In contrariâ persistimus tamen sententiâ cum Symbolo
 vulgari, nixi auctoritate Apostoli, qui disertis verbis singula ca-
 pita enumerat: Mortuus est, sepultus, resurrexit, i. Cor. XV, 3. 4. 5.
 Quæ omnia sicuti secundum Scripturam facta sunt, ita & De-
 scensus ad Inferos, Hof. XIII, 14. Typus est Jud. XVI, 3. Sed & de
 his postea pluribus. Multò minus audiendus idem *Vossius*, qui
 disert. I. de trib. Symb. p. 26. è *Ruffino* profert hæc verba: *Descen-*
dit ad Inferos abfuisse à Symbolis Orientis & Romano. Nam per-
 vetus est Calvinianorum objectio, quòd tradunt hanc particu-
 lam in Ecclesiis quibusdam nec addi, nec legi, ad quam toties



responsum est. Et quid? Hic articulus alicubi non exitit. E. n. libi? Si istud valebit, jam non unus & alter, sed multo plures e Symbolo nostro tolli debebunt, quod foret impium. Certum quidem est, nonnullos Patrum hanc rem silentio præterire, sed illi similiter alia reticent, quorum nulla eo tempore fuit controversia!

XXII. Manet ergo & manebit, quod Descensus Christi ad Inferos pro singulari Fidei nostræ Capite habendus. Non tamen sola anima, quod Bellarminus, Martyr, & Patrum Græcorum ac Latinorum quidam putarunt, descendit, sed corus Christus secundum utramque Naturam, adeoque secundum Corpus & animam. Nam veluti *omnes*, juxta Theologorum *πολυβρυλλυτον* actiones *sunt suppositi*: veluti *θεοειδωσ* natus, crucifixus est. &c. Ita idem verè ac realiter descendit ad Inferos. Quæ quidem rationibus quinque, *Dn. Affelman. octo D Förster* alii pluribus, usque firmissimis probarunt, ut cedere nescius haut immeritò habeatur *καὶ ἀβάωσις* *ὡς φεμὸς*, qui porro dissentire aufit. Taceo jam auctoritatem Apostoli, quæ legem repræsentare poterat Ephes. IV, 8. 9 is qui ascendit, non in cælum creatum, quod somniant Reformati, sed *πρὸ πάντων τῶν ἁερῶν*, is etiam descendit *εἰς τὰ κατώτερα μερῆ τῆς γῆς*. Sed de toto Christo verum prius E.

XXIII. Descendit autem Soter *θεοειδωσ*, non *in statu Exinanitionis*, quod apprimè notandum, sed *Exaltationis*, uti Scripturâ præviâ Articulus secundus Symboli nostri haut obscure indiget. Loquitur enim iste omninò distinctè (1.) *de descensu* (ceu Adversarii nuncupant) *passionali & metaphorico*, quando ait, Christum passum, crucifixum, mortuum, sepultum. Luc. XXIV, 46. 1 Cor. XV, 3. 4 Phil. II, 6. 7. Psal. LXXXVIII, 4. Zach. IX, 11. (2.) *de descensu reali ac Majestatico* post resurrectionem facto s. in momento resurrectionis, de quo hætenùs egimus, itidem è sacris literis. Impossibile enim erat, ut teneretur à cruciatibus infernalibus, sed Deus ipsum suscitavit. *λύσας τὰς ἀδύνας & θανάτου* (non ut vult Bellarminus, liberatis multis à doloribus Inferni, qui erant in purgatorio, sed) superatâ morte dolorosâ Ac.



II, 24. Et ita Christus exaltatus est Ephes. I, 19. Licet ergo non diffie-
amur, plura dicta hunc Servatoris Triumphum probare, firmiter
tamen statuimus, præcipue & primario de eodem loqui duo tan-
tum. *Primus locus est in V. T. Hof. XIII, 14.* qui verè impletus est
post resurrectionem descensu ad Inferos. Quamvis enim passione
& morte sua Christus Diabolo omnes vires bonis nocendi ademe-
rit, dicente Epistolâ ad Hebr. c. II, v. 14. eo ipso tamen non excludi-
tur, quin potius confirmatur Descensus ad Inferos Triumphalis.
Adeo quidem, ut si Christus in sepulchro mansisset, neq; exinde
corpore suo prodiisset, aut vivus monstris Infernalibus Totus ap-
paruisset, frustra profectò tot fuissent cruciatus. Sicut etiam nobis
nihil profuisset incarnatio aut crucifixio, nisi accessisset insuper
resurrectio, sine quâ ruit universa religio Christiana. Defuisset e-
nim ubiq; victoria! Defuisset Triumphus! Aut si quis ex h. l. ita ar-
gumentari volet: Christus per mortem destruxit opera Diaboli E-
id non fecit descensu ad Inferos, absurdus erit. *Notus Canon!* Vnius
inclusio, non est alterius exclusio. Nec V. C. Christus per mortem reconc-
ciliavit nos Patri &c. E. non opus fuit resurrectione. Apostoli effa-
tum 1. Cor XV, 54. nihil nobis contrariatur. *Quod enim impletum*
fuerat in Christo, impletur etiam in Christianis, in hac vitâ inchoa-
rive per Fidem, in alterâ consummativè. Agitur ergo de applicatione
loci Hof. XIII, 14. cujus sensus in re simili adducitur, non verba sin-
gula. Sic? prophetia Jerem. c. XXXI, 15. impleta dicitur Matth. II, 17. im-
pleta jam ante, quando Tribus abducebantur in Captivitatem Ba-
bylonicam. Vid. Harmon. Chemnit. p. 127. Calixt. p. 58 seqq.

XXV. *Clarior est alter locus N. T. Eph. IV, 8. 9.* ubi notandum I.
per Tô descendere non intelligi incarnationem, quia Apostolus de in-
carnato loquitur, ejusq; gratiosam benignitatem celebrat v. 7. quod
non tantum voluerit illant post resurrectionem largiri fidelibus,
sed & gloriosè descendere ad Inferos, mox ascendere ad cœlos, im-
plere omnia (non quæ de ipso scripta sed cœlum & terram veluti
Deus Jer. XXIII, 24.) & tandem ministris suis varia distribuere do-
na v. 8. 9. II. rô Descendere ac ascendere, utrumq; notare gloriam &
Majestatem, quæ ratione & libi saltem distinguitur, quod videtur dil-
simulasse *Fiacus in I part. Clav p. 453.* qui ita objicit: *Q. gloriose a-*
scensioni opponitur, id non est gloriosum, Sed regerimus, non opponi
duo



duo ista verba sibi invicem sub consideratione duorum statuum, verum ratione diversorum manifestationis modorum. Status idem manet, Exaltationis scilicet v. g. Apparitio respectu Inferorum est descensus, respectu cœlorum Ascensus. In illo Majestatem patefecit Christus damnatis & Satana, in hoc electis & Deo. Conf. Hutter. commentum in F. C. Gesnerum ibid. Mörlinum, aliosq;!

XXV. Psalmus XV, 10 huc planè non spectat, ut ita cogamur quorundam Theologorum sententiam desere. Non quod aliis lubentes contradicamus, sed quia res ipsa exigere videtur. Sicut enim quando de Reipubl. salute Senatus habetur, non omnibus idem videtur assessoribus, & licet sine dolo malo, aliam tamen sententiam alius profert: Ita in nostrâ Theologiâ usu venire solet. Ubi si & nos quandoq; pro nostrâ parvitate dissentiamus à viris celeberrimis, nihil detrahetur, eorum auctoritati, aut nostræ Orthodoxiæ. In his talibus *ἀποστολῆς ἐστὶν ἡ ἐξουσία ἐπί τῶν δούλων*. *Improbat Cl. DN. Affelm. disp. de h. art. § I.* omnes omninò Versiones, Latinorum, Hungarorum, Gallorum, Italorum, Belgarum, ut obtineat, locum præcisè agere de descensu glorioso. Lubentissimè, fateor, cum tanto viro sentio, sed hic dissentio. Rationes sunt, quia I. Gratulatur sibi Messias, quod Deus ipsi semper præstò sit, etiam in morte, ut caro ejus in sepulchro requiescere possit secunda, tuta ab omni malo *לְבַשׁתָּ עִוָּלָה* Syr. *עַל סְבֵרָא* cum summâ fiduciâ. Hoc modo *לְבַשׁתָּ* sæpè usurpatur & semper à LXX. vertitur *ἐπι* *ἐλατῶν* Iud. XVIII, 7. Prov. 1. 33. Psalm LXXV II, 5, 8. Esa. XXXII, 9. Fiducia autem hæc est, quòd nò relinquatur anima *לְשׂוֹן* neq; corp9 sanctū videat corruptionem. II. non video aliàs quì derelictio & corruptio ad descensum gloriosum accommodari possint, cū certum sit etiâ, verba posteriora, ceu magis perspicua explicare priora, sicut *שׂוֹן וְאֵבֶרָה* aliàs conjunguntur Proverb. XXVII, 19. 20. Post resurrectionem, Christus omnia egit cum triumpho & probè scivit, nullam ampliùs restare exinanitionè, in quâ opus habeat auxilio Patris cœlestis. III. Repetitur hoc dictum Act. II, 27. & accommodatur ad resurrectionem, quam præcedere derelictio tantum poterat & corruptio, sequi non poterat. Ubi scitu necessarium est, quod Syrus totidem verbis locum allegatū recenseat, ut qui pro *לְשׂוֹן* habet *כְּשׂוֹן* pro *כְּנַפְשִׁי*, pro *הַסִּיד הַסִּיד* & in applicatione, uti & Arabs v. 31. egre-



egregie monstrat, quod **כבוד** consuetudine Hebraea exponendam de toto Christo, **כבוד** אשורבן כבוד אשורבן כבוד quod ipse Christus, **כבוד** אשורבן persona ejus (Arabs pro **כבוד** **כבוד** legit) non sit derelictus in sepulchro, ut Trostius rectè vertit, **כבוד** אשורבן **כבוד** Syr. **כבוד** corpus ejus. Elegantissime, si quid judico: Anima Christi in statu Exinanitionis ante resurrectionem derelinqui, non corrumpi poterat, corpus & corrumpi & deseri. Quæ quia ita sunt, perinde erit siue dicas Ps. XVI. & Act. II, esse verba miseriae, siue potius, Fiducia! Nam nihil tamen hinc colliges pro descensu ad Inferos. IV, Accedit expositio Davidis Kimchi super psal. XVI, cujus verba refert Ludov. di Dieu, Animad. in Act. II, p. 21. & laudat hunc sententiam: *Habitabit post mortem caro mea tuta à vermibus in sepulchro, quia non relinques in eo animam, nec permittes Sanctum tuum videre corruptionem.* V. Dilucide nostram sententiam confirmat alter locus Act. XIII, 34. 35. Ubi **כבוד** **כבוד** pure negat, **כבוד** **כבוד**, Non, sicuti Rom. XIV, 13, & sarpiculè alibi, **כבוד** **כבוד** idem est quod **כבוד** v. 35. unde Syrus utrumq; conjungit **כבוד** **כבוד** **כבוד** non reverfurus visurus corruptionem.

XXVI. Jam ergò palam est, quod de loco psalm. XVI. non Judicandum è versionibus, sed connexionè & contextu. Vox **כבוד** commode ubivis retinetur, etiam quando de **כבוד** damnatorum sermo non est, quod sæpè fecit Megalander Lutherus Eccl. IX, 10. Psalm. XVII, 6. XXXVIII, 4. & c. Hoc unum adnotare placet, quod Vox Syriaca **כבוד** corruptionem validam designet Mich. II, 10. peribis corruptionem pessimam Nchem. I, 7. Iob. XXXIV, 31. Arabica huic respondens est **כבוד**, Hebraea **כבוד** quæ distinguitur à **כבוד** Psal. XXVIII, 1. XXX, 4. **כבוד** Psalm. V, 10. Num. XI, 36. Esa. XXII, 16, 2. Reg. XIII, 21. & **כבוד**, quemadmodum & Grecorum nonnulli differentiam constituunt inter **διαφθοραν**, **καταφθοραν** & **φθοραν**, ut hæc solutionem corporis ab animâ illa omnimodam corruptionem totius Compagis, ista carnis tantum denotet. Conf. Heins. in Exerc. ad I. A&Cor. II, p. 270. & Bezam, qui tamen in Syro & Arabe perperam **כבוד** legit.

XXVII. Dicitur Col. II, 15. generalem Christi Triumphum, in resurrectione, descensu & Ascensu Emphaticè admodum describit: **Απειθοῦσιν ὁμοθυμαδὸν αἰχμαλωτῆσιν ἐν ἡρώδει, ἑδύματόν τινος** (Syr. **כבוד** Spectaculum fecit, ostentavit, diffamavit Matth. I, 19, ubi **כבוד** αἰχμαλωτῆσιν) **θριαμβεύσας αὐτοὺς ἐν αὐτοῖς**. Planè ut olim Triumphatores, quorum captivi nobilibiles & præcipuè hostium Duces, contra quos indictum fuisset bellum in vehiculis, cæteri catervatim vinciti catenis præcedebant, vel etiam fercula triumphalia cogebantur inferre in solenni Epulo, vel ipsorum effigies ad ignominiam erant in ferculo expressæ. Coripp. in præf. Victi sacrâ famulamur in aulâ. Senec. de vitâ beatâ c. 2. In alienum imponar ferculum exornaturus victoris superbi pompam. Conf. Alex. ab Alex. g. d. l. VI c. VI. & vide ibi notas Tiraquell. o. I. C. Hoc erat **αἰχμαλωτῆσιν**. Ita de generali Triumpho accipienda putem I. c. V, 1. Psalm. LXXVII, 19. CX, 5.



XXVIII. Refert locus unicus 1. Pet. III, 18, 19, 20. de quo idem affirmant Dd. Divus Lutherus fatetur, eum obscuritate omnia dicta Novi Codicis superare Tom. II, Jen. p. 341 seqq. Bellarminus cum suo limbo jam à nobis refutatus est §. XII. XV. neq; hic textus quicquam ipsiùs juvabit *Ἐκνήθηεν ὁ Χριστὸς ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν*, non liberavit conversos, quia nunquam conversi fuerunt, etsi DEUS (NB.) *ἐπέδειχεν* expectabat (non expectabant) & volebat, ut agerēt poenitentiam. Nam ob id præcepit Nox, ut fieret Arca. Si pro *τοῖς ἐν φυλακῇ* legere-
tur τοῖς ἐν αἰσ procul dubio intellexisset Grotius locum aliquem intermedi-
um inter Paradisum & Gehennam, alias Dei verbo ignotum, quod ante illum ta-
 men fecit Oslander comm. super h. l. Nos simplicissimè textui inhærebimus, ut
 ex ejus connexionem verum eliciamus Alias decem vel plures etiam, si quis accu-
 rate numeret, eaq; diverse de h. l. sunt sententiæ I. Bellarmini II. Oslandri III.
 Calvini IV. Augustini & Thomæ Aquinatis. V. Socini. VI. D. Jacobi Andreæ ac
 illorum, qui per τὸ πνεῦμα intelligunt verbi ministerium. VII. Flacii, Eckardi,
 Gerhardi, Hurteri, Gesneri, Affelmanni, Cramerii, Mich. VValtheri, plurium.
 VIII. Bezzæ & Heinsii. IX. Patrum quorundam, &c. Neq; verba singulorum
 Auctorum hic producere impræsentiarum lubet. Eligat pro arbitrato suo,
 quamq; velit, retineat sententiam, modò orthodoxam! Nobis videtur scopus
 Petri hic esse: Exhortari fideles suos ad patientiam v. 17. idq; Exemplo Christi,
 qui ad eòs patiens fuit, ut moreretur, non quidem propter sua peccata, quibus
 destituebatur 1. Pet. II, 21. Hebr. V, 21. Joh. III, 5. Efa. LIII, 9. verùm pro
 nobis & totius mundi peccatis Joh. I, 29. 1. Joh. II, 2. Qu. d. si fecerint, pro-
 mittit ipsis victoriam, sicut Christus vivit & vivit v. 18. Ad vit. 19. Apostolus,
 DN. JESUM ad eòs patientem fuisse, ut licet nondum incarnatus esset, atramen
 verus Deus olim (*ἀπαθήσασαι ὡστε*) incredulis lubens condonare voluerit,
 quippe quibus pro longanimitate sua tolerantia (*μακροθυμία*) tempus, quo re-
 spiscere possent, concessit, Centum & viginti annos Gen. VI, 3. Verùm cum pla-
 nè in pejus ruerent mortales Gen. VI, 5. neq; hunc prædonem, Messiam κερύτ-
 τους, sequerentur, perierunt (*τὰ ἐν φυλακῇ πνεύματα* subintell. ὄντα)
 & nunc sunt (cum Petrus ea scriberet) in carcere s. custodia Infernali sc. quoad
 animam, donec recuperato corpore debita supplicia sine fine perpetiantur. Ad
 summam, ut dicamus brevibus, voluit Petrus allegare locum Gen. VI, 3. 5. seqq. &
 ad propositum suum longanimitatem & summam Patientiam Messia declaran-
 dam, applicare, ut ad eandem invitaret suos auditores. Planè ut divinus Judæ
 Epist. sua v. IX adducit locum Zach. II, 2. ad retundendam suorum impudenti-
 am, quæ Satanam passibus haut ambiguè æquabant, imò superabant etiam. Hæc
 ratione nulla sit vis textui Petrino, si per τὸ σάρκα intelligas in personam Chri-
 sti, incarnationem seu humanitatem, uti Joh. I, 14. per τὸ πνεῦμα divinitatem
 quia DEUS Spiritus est Johan. IV, 24. Non autem verbi ministerium quia non
 datur locus, ubi hæc vox opposita carni ita accipitur; uti nec facillè
 invenias, ubi κερύττω de reali predicatioe, seu loquuntur, qui hunc locum de
 Descensu glorioso interpretantur, sumuntur. Quid Christus prædicavit & quo-
 modo

modo ἐκήρυξεν, habes legere Gen. VI, 3. 7. 11. 13. τὸ πορευέσθαι λόγῳ ἀσάρ-
 κῳ optime convenit sensu Scripturæ, quem alias τὸ Descendere admittit, ut
 vidimus §. XVII. nec est, quod de eâ voce laboremus multum hic loci, cum
 πορευθεὶς ἐκήρυξε sic *Gracismus est per Pleonasmum* (NB.) ἐμ Δαλκικῶτερον πο-
 natur pro ἐκήρυξε. Syrus interpres istud vidit qui pro eo, quod in fonte le-
 gitur ἐν ᾧ πορευθεὶς ἐκήρυξε simpliciter habet ^{נרדמי} & prædicavit aui-
 mabus illis, quæ incluse sunt in Inferno ^{היבב היהיךהכך}. Optime. Sic πο-
 ρυθεντες μαθητεύσατε Matth. XXVIII, ult. i. e. docete, ac si latine dixerim
 abiens divulga h. e. divulga. ὁ δὲ ἐφέλθων ἤρξατο κηρύσσειν Marc. I, 45. πο-
 ρυθεντες ἀκριβῶς ἐρεπίσατε Matth. II, 8. Prædicare, docere, quærere, præ-
 supponunt deambulationē, quæ per Πλεονασμὸν elegantissime adjicitur. Con-
 similem Ἐμφασιν, si non prorsus eandem, invenies in sequentibus exemplis:
 περιπατεῖτε ^{ἐν τῷ} ἰ. e. ^{ἐν τῷ} V, 8. εἰσελευσάμενοι καὶ διαπνήσω Apoc. III, 20.
 ἐλθὼν προσκυνήσω ἐγερθεὶς ^{ἐν τῷ} λαβὲ Matth. II, 13. 23. Apoc. V, 7. 8. Matt.
 IV, 13. Hæc loci Petrii expositio est, quam ταιν ἀμφὸν amplexamur, &
 modestè alias omnes in medio relinquimus. Si quis illam de descensu ad Infe-
 ros propter singularem Theologorum Orthodoxorū auctoritatem arripet, per
 nos licebit utiq; saltem textui & Icopō Apostoli non sit adversa!

XXIX. Ita tandem apparet, quibus locis præcisè probare possimus Chri-
 stum verè ac realiter in statu exaltationis descendisse ad Inferos. Quamobrem
 audiendi amplius non sunt, quotquot hunc Articulum nobis conantur eripere,
 cuiusq; cum *Beza, Piscatore, Bucerio*, de morte & sepulturâ, cum *Cinglio ac Bullinge-
 ro* de virtute & efficaciâ mortis Christi, cum *Calvino & Facio* de angoribus in-
 fernalibus, cum *Martyro ac Bellarmine* de animæ à corpore separatione, cum
Sohnio de statu τῶ ἀνίστατος, demùm cum *Hug. Grotio* de statu omnium
 animarum extra Paradisum & Gehennam, explicare non verentur. Que
 autem momento Christus gloriosè descenderit, id verò è Scripturâ vix con-
 stat. Non ergò sapiendum ^{ὑπερ τὸ γέγραπται} I. Cor. IV, 6. Illud tamen
 inde colligitur. Factum esse hunc Descensum in IPSo MOMENTO RESURRECTI-
 ONIS inq; Terræ fortean motu, quo factò Angelus dicitur etiam apparuisse mu-
 lieribus Matth. XXVIII, 1. σκυλάκι ἐπὶ τῶ Job. XX, 1. ut ita Simson in hac
 parte sit Typus Christi Jud. XVI, 3. Et hoc ita ostenditur: *In Passione* quidem
 cruciatus infernales sustinuit, sed *sine Triumpho*; *In Morte* anima fuit ἐν πατρί-
 δεσῶ i. e. in manu Patris cœlestis Luc. XXIII, 46. corpus jacuit in sepulchro
 τῶ τριτῆς ἡμέρας, tres dies Matt. XXVIII, 64. Post resurrectionem cum di-
 scipulis in his terris versatus est XL. dies, donec adscenderet ad cœlos Act. I, 1. 3.
 sicut ipse prædixerat Marc. XVI, 7. *Eidem* in resurrectione factum esse hunc De-
 scensum, ut primùm Diabolis se redivivum ostenderet, post mortalibus miseris
 victor omnium appareret. Act. X, 40. His ὁφθαλμοφανερῶς veris, jam tùm
 corruiptis quaestio illa Augustiniana, Quomodo Christus simul esse potuerit in Inferno &
 Paradiso? Non certè simul fuit, quod arguit Grotius, & decidens vult, quia fuit

in Adis, E. etiam in Paradiso, cum alterum sub alio continetur. Dicit ergo, hęc dicuntur
Grotio, ut probatum supra §. XII, XIII. & hic denud ostensum est!


XXX. Proferamus ad finem, saltem prius declaremus, Christum non descendisse, ut
novos pateretur angores. Nam πάντες τρελεσα, Joh. XIX, 30. omnia perfecte imple-
ta, quę ad passionem pertinebant, deq; ea prædicta fuerant. Neq; descendit Servator, ut
mortuos è limbo Patrum auferret §. XV. verum, ut conculcasset pedibus, quos quot erant,
hostes suos & nostros. Ad eò rectè depingitur, (etiam à Picioribus) Christus victor sub pe-
dibus habens Satanam τὸν ὄφιν τὸν ἀρχαῖον Apoc. XII, 9. mortem, Infernum &c. Ete-
nim id prædictum olim Psal. CX, 1. Unde certò scimus, Antiquissimum fuisse ritum, in
pompa Triumphali etiam Romanis usitatum, ut victi sub victorum pedibus effingerentur,
cuius meminere Ovid. l. IV. Trist. Eleg. 2. Claudian. l. IV. Consul. Honorij. Aurel. Prud.
l. I. in Symmachum: Colla Tyrannorum medià calcemus in Urbe. Corippus l. 5. p. m. 15. As-
psimus in medià victorem pinxerat aulā, Effera Vandalici calcantem colla Tyranni. Ita fe-
cit Josua quinq; Regibus seu victor Jos. X, 24. Rom. XVI, 30. Profana. Exempla quia ubiq;
obvia, sciens prætereo.

XXXI. Hanc victoriam Servatoris, ut mente memori voleremus, inferuere Sancti
Dei in hunc Articulum Symbolo Apostolico. Neq; supervacua est descensus illius men-
tio, sed maxime necessaria, eà certè de causā, ut nobis firmo esset solatio in tentationibus,
& sciremus, debellatum Satanam piis nocere non posse, nec hostes alios. Vide his loca Rom.
VIII, 1. Joh. III, 8. Jacob IV, 7. 1. Joh. IV, 4. V, 4. Joh. XVI, 33. 1. Cor. XV, 54. seqq. & his
consimilia alia. Rejiculum pronde, quod Grotius aliam quærit rationem, ut non sit super-
vacua istius rei mentio in Symbolo (sic loquitur). Nam cum inter Paganos varia essent de animarum
statu post hanc vitam sententia, ad rem pertinebat, Christi exemplo doceri homines, τὸς ὑψέτης
ψυχῆ τῶν ἀποθανόντων i. e. non extinguī animas cum corporibus, sed afferuari in locis incon-
spicuis. Ita ille, sed pessimè! Nam quicquid de statu animarum docendi erant θυγατρὶς
ψυχῆ (uti vocabit eos Damasc. l. de hæres.) s. Pagani s. Judæi, docentur in Tertio articulo
dei Christianæ, quando credunt CARNIS resurrectionem (non Anima, seu Immortalis,
Ecol. XII, 7. Quem locum ita vertit quasi Lucret. l. 2. Ceder, ite retrò, de Terrā, quod fuit an-
te in terrā! Quod demissum est ex ætheris oris, id rursus cœli fulgentia templa receperunt.
Et hæc optime quadrat Exemplū Christi, cujus corpus resurrexit 1. Cor. XV, anima fuit
ἐν τῷ ἁδεδείσῳ Luc. XXIII.) & vitā æternam, quam ingrediuntur post mortem Animæ pio-
rum Impiorum Gehennā. Alia igitur, quæ Scriptura ignorat, doceri nec poterat, nec debe-
bant. Jam si idem docentur θυγατρὶς ψυχῆ in Artic. II. & III. annon in compendiosissima
Symbolo idem repetitum foret sæpius? Foret utiq; & vitiose. Imò ἀσύστατα καὶ ἀσύ-
κλωσα στυγὰ τὰν hos esset, si quis locutus de Personā & officio Christi, uti fit Artic.
II. faceret μετὰ τὸν ad doctrinā de statu animarum cujus mentio extat Artic. III. Tantum!

XXXII. Qui plura legere de hoc articulo desiderat, evolvat Di. quos Bibliotheca selectior quilibet
suppedabit. Nos sententias auctores in Unam Differentionem invadere voluimus. In fastuosorum
sūt! Neminem tamen, quæ speramus, sufficere nobis, errorem Grotij commotū esse
Infernum interdum nostram sententiam, sed male se in facit, & innotuit innotuit innotuit
gram (dehinc) innotuit innotuit

DEUS HÆC STAT





18 17

De

DESCENSU CHRIS- TI AD INFEROS

DISSERTATIO THEOLOGICA,
contra Hugonem Grotium,

Quam,

Sub auspicio DEI ter. opt. Max.

PRÆSIDE

Admodum Reverendo, Amplissimo & Excellentissimo Viro,

